

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. V.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

ibi fuit miraculum, & corpus
simul fuerit' cum alio corpore,
& forte nouum miraculū aliud
ab illo, quo uirgo concepit sin-
a actione cause naturalis superio-
ris, sed de partu satis communi-
ter conceditur tamquam non diffi-
cile qd ibi illa mater operaba-
tur quicquid alię matres, sicut
& in foetuendo, & conseruando,
& nutriendo fetum in uero. ¶ Et
tamen ibi forte posset fieri diffi-
cultas specialis, qd nulla esset vis
actiua in matre potens mouere
corpus prolis localiter ad exeu-
dum, & maxime ad essendum si-
mul cum alio corpore, quia nul-
la uirtus creata potest mouere
localiter corpus ad aliquod vbi.

Respondet ex fuisse diffinitum laicis.
 B nisi expellat aliud corpus, salte
 quando de corpore non glorio
 lo. Ad secundum dico, q̄ Da
 ma non negat eam absolute ef
 fematrem Christi, sed contra
 Nestorum qui sub illo vocabu
 lo voluit eam negare esse ma
 trem Dei ponendo q̄ peperit
 purum hominem. Vnde post il
 lam auctoritatem subdit in de
 structione theodoros. i. Dei ge
 nitricis vocis, nequā Nestorius
 solius naturæ honorate super
 omnem creaturam Dei geni
 tricis vocem (& si ipse reicindatur
 cum impio Iathana) adinuenit,
 igitur negauit illud, sed noluit

videtur heretico illo, qui furb vocabulo
en. dist. illo occultabat venenum suū.
15. 116. Ad aliud dico qd actium passiu-
um in communi necessario
adiuicem referuntur. non ne-
cesse est ita esse de hoc actiuo,
et hoc passiuo, quia aliud actiuū
vicem huius actiui supplere po-
test. ita in proposito patet dicit
tale actiuum speciale & eius
actio supplebatur hic ab alio

agente. ¶ Ad vltimum conceditur, qd si abe matres agāt, & illa egrā ad hanc genera tionē. ¶ Cū arguitur de instanti, patet in his ex solutione quaestionis, quia si in toto tempore precedēte cooperata fuisset, bene concederetur in vltimo instanti potuisse cooperari ad formam inducibilem in illo instanti, sed non fuisset tunc cooperata in instanti p operationem istam factā, quia illa tunc non fuisset. igitur tantum per virtutem actiuam quā tunc habuisset eandem quam prius, sed non egerit ad illa intermedia quā in tempore cāntentur.

AD ARGVMENTA *Alia arguenda facile solvuntur ex dictis.*
pro opi. prima. Ad philosophum
exponitur qd mater non est cau-
sa principalis agens. & ipsa etiā
principaliter ministrat materiā,
quia corpus prolis magis for-
matur de materia ministrata a
matre, qd de materia ministrata
a patre, si autem aliter intelligat
philosophus negatur. quia Gal.
sentit oppositum sicut recitat
Aui. & in istis magis credendū
esse experitis. ¶ Ad Aug. dico, qd so-
lus ille effectus producitur fer-
cundum rationem seminaleme-
a cuius productione vis ac-
tua creata cōcurrit vt totalis cau-
sa nec si erat in proposito, quia
& sic maria per vim naturalem
egerit, non tamen totalis causa
erat cā naturalis, sed per principa-
lior erat spiritus sanctus.

PRÆTEREA INQUI-
RI OPORTET &c.

DISTIN. V.

CIRCA istam distin. 5. in qua magister agit de extremis assumptionis, quoniam

Aruntur duo. ¶ Primo utrum natura diuina assumpserit vel assumere potuerit naturam * humanam. ¶ Secundo utrum persona creata fuerit assumpta vel potuerit assumi.

a. l. creatam.

QVÆSTIO. I.

Utrum natura diuina assumpserit, vel assumere potuerit naturam humanam.

Ha dua q. ponitur scilicet eius suis solutionibus aliquibus originalibus.



IRCA Primum arguitur qd sic, persona diuina assumpsit materiam humanam. ergo & natura diuina. consequentia probatur, quia quæ sunt eadem realiter respectu cuiuscunque; actionis realis, sunt eadem siue se habeant ad illam ut principium siue ut terminus, quia actio realis est a principio reali ut res, & non ut intentio tantum, & ad terminum realem. ¶ Præterea qd potuit probatur, quia natura diuina cum sit infinita includit in se rationem omnis suppositi, igitur potest supplere vicem cuiuscunque suppositi creati, & ita personare naturam creatam. ¶ Item si esset suppositum absolutum natura assumeret, quia sola ratione differret a persona, ergo & nunc potest. ¶ Respondetur, consequentia non valet, quia nunc non est sola differentia rationis, tunc esset. ¶ Item natura est unita naturæ quia in tertio, & quia toti personæ primo unitur natura humana, igitur & cuiuslibet eius parti personæ unitur, igitur altera assumpsit, altera assumpta est. negatur primum consequens. ¶ Contra, si natura assumpta, cum ista sit eadem in tribus sequeretur qd tres personæ as-

sumpsissent. ¶ Item qd non potuit probatur, quia quæro ad quam unitatem, non personam, quia natura ut natura non est persona. non naturæ, quia tunc vel esset eadem natura hæc & illa, vel fieret una ex eis, utrunque est impossibile. igitur in neutram unitatem potuit assumere.

QVÆSTIO. II.

Utrum persona creata fuerit assumpta vel potuerit assumi.



IRCA secundum arguitur qd sic, natura fuit assumpta igitur & persona. consequentia probatur per illam maiorem quæ posita fuit ad præcedentem quoniam, & hæc minorem, persona creata est idem nature, quia si aliud, aut substantia, aut accidens, quia nullum accidens est ratio subsistendi alicui in se. si substantia, aut materia aut forma, aut compositum, & siue sic siue sic, sequitur qd in persona creata sint plures substantiæ compositæ vel plures materię, vel plures forme. ¶ Item omne pertinet ad dignitatem in creatura est aliquid positum, persona dicit aliquid pertinet ad dignitatem in creatura, ergo dicit aliquid positum, sed omne positum potest assumi, igitur &c. ¶ Item assumpsit hominem, igitur personam, antecedit patet per Aug. & probatur consequentia, quia homo est persona. ¶ Contra, si persona creata fuerit assumpta, igitur duæ personæ essent una persona.

AD PRIMAM q. patet ex prima. q. & ultima prima distinctionis. nam in illa. q. vlt. dictum

Actum est qd essentia non est formalis ratio terminandi istam unionem, licet sit ratio efficiendi eam. potuit tamen ipsa esse

Vide vna. g. 14. huius. formalis ratio terminandi, sicut dictum fuit q. 2. primæ dist. Sic

fi fiat sermo de ratione faciendo istam assumptionem, patet qd natura diuina est ratio faciendo istam assumptionem, non est autem ratio terminandi, si enim

Vide glo. hic ubique augetur. in assumente, idest terminante unionem sufficiat singularis per se existentia absque incommunicabilitate, cum hac per se conueniat nature diuina ipsa poterit assumere. Si autem de ratione

assumentis sit qd habeat substantiam incommunicabilem, & essentia secundum se non habeat incommunicabilitatem, ipsa non potest esse assumens ut terminus.

Vide vna. g. 17. & 18. huius. **A**D ARGUMENTA. Ad primum videtur difficile ille eis qui dicunt proprietatem vel personam

tantum ratione differre a natura.

Aliter dictum est dist. 2. primi. qd entitas incommunicabilis, ex natura rei non est formaliter: entitas communicabilis, & ideo ex natura rei ante omnem operationem intellectus pater concipiat filio entitatem communicabilem: non autem incommunicabilem, & secundum hoc ad quodcumque tertium coparentur, quod conuenit vni secundum formalem rationem eius non oportet illud competere alteri quod non est formaliter idem ista, tale est assumere secundum istam viam, quia competit incommunicabiliter subsistenti in quantum tale ut termino. Ad aliud dico qd ista infinitas, non est ratio terminandi istam unionem, sed personalitas in dependens ex prima questione huius tertij, sed si dicas quod infinitas potest

esse alicui ratio terminandi, quia potest supplere vicem cuiuslibet suppositi creati. Hoc potest negari si in termino requiratur incommunicabilitas, non enim est idem formaliter infinitum & incommunicabile, quia omne infinitum est formaliter communicabile.

AD ALIAM QUÆSTIONEM: patet secundum dicta in q. 9. primæ dist. qd personalitas creata dicit negationem dependentiæ actualis ad aliud, ut ad suppositum illius nature, & etiam aptitudinalis. quæ quantum est ex parte ipsius aptitudinis semper esset in actu, si

Quare ostendit quod. 4. q. 12.

cut anima separata semper dependeret a corpore quantum esset ex aptitudine naturali eius, cum igitur contradictio sit naturam actualiter dependere ad personam extrinsecam, & non dependere, naturam autem aliquam assumi est ipsam actualiter dependere hac dependentia speciali. contradictio est ipsam assumi & simul habere personalitatem propriam. Sed qui ponerent personalitatem creatam dicere aliquam entitatem posituam ultra naturam singularem propter quam repugnet sibi assumi, non tamen naturæ singulari, eos oporteret aliam causam querere, quare persona non potest assumi, sed istud suppositum est improbatum. quæstio. prima, & contra istud bene vadit ratio illa quæ tacta est de diuisione substantiæ & accidentis, & substantiæ triplicis.

Dist. 1. 1. in pede huius. q.

AD ARGUMENTA. Secundæ quoniam. Ad primum dico, qd si accipiat illud quod positum est in persona, quæ personalitas nullæ scilicet superius. Sen. E. ent-

A entitatem positivam addit ultra hanc naturam, persona creata idem est huic naturæ, sed si accipitur complete personalitas secundum quod importat incommunicabilitatem, non omnino idem est persona. & hæc natura sicut aliqua entitas indifferens ad aliquam affirmationem & negationem, non est omnino idem illi negationi, siue sibi ipsi, cum illa negatione, ita est hic. & ideo hæc natura habet sufficientem distinctionem ab hac natura non dependente, ut ista natura possit dependere. hæc tamen natura non dependens vel personam non possit dependere in sensu compositionis. Probatio adducta per identitatem non concludit, nisi quod persona creata non addit entitatem positivam super hanc naturam, quod concedo.

B Ad secundum dico, quod persona in creaturis non dicit dignitatem nisi materialiter scilicet ratione intellectualis nature quam connotat, non autem formaliter ratione incommunicabilitatis quam superaddit. Quomodo autem negatio aliqua dicatur esse dignitatis, dictum fuit dist. 28. primi lib. de ingenito.

EX PRÆMISSIS AVTEM EMERGIT QUÆSTIO &c.

DIST. VI.



I N istam distinctionem sextam in qua magister agit de incarnatione considerata ut in facto esse, queruntur tria. Primo, utrum in Christo sit aliud esse verbi ab esse creato.

Secundo, utrum Christus sit aliqua duo. Tertio, quæ illarum trium opinio, quas recitat magister, sit tenenda.

QUÆSTIO. I.

Utrum in Christo sit aliud esse verbi ab esse creato.



I NCA primum arguitur quod non, quia esse constituit ens, & ita si Christus haberet duo esse, Christus esset duo entia, aut si esset unum ens non esset nisi unum per accidens, sed hoc est inconueniens secundum Bern. ad Eugenium Papam. Hec est maxima, inquit, unitas per accidens non potest esse maxima inter unitates creatas. igitur &c. Præterea, natura humana non unitur verbo ut forma materię, siue ut actus potentię, sed magis econuerso, quia verbum est actus. ergo non unitur ut dans esse, sed magis ut recipiens esse, igitur &c.

Præterea, infinitum non potest recipere esse a creatura. ergo non habet aliquod esse creatum a natura assumpta.

Contra. 7. de trini. c. 4. & 5. Sicut a b eo quod sapere est sapientia, ita ab eo quod esse est essentia, sed non possunt esse plures sapientię quin sint plures sapere. igitur &c. Item Anselm. non nolo. c. 6. Sicut se habent ista tria lux, lucens, lucere, sic essentia ens & esse, non possunt autem esse in aliquo plures luce, quin sint plura lucere, quia multiplicato priori essentialiter, necessario multiplicatur suum posterius. ergo &c.

R. E.